

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Pena siue punitio e
cum fonte proximo

Sicut non
impediunt iustum ab eterna uita
quedam peccata uenialia sine
quibus uita ista non geritur, sic ad
salutem eternam nichil prosunt impio
aliqua bona opera sine quibus
difficillime uita cuiuslibet pessimi
hominis inuenitur.

Augustinus in libro de sentenciis
Prosperi.

Sicut non
impediunt ab aeterna uita iustum
quaedam peccata uenialia, sine
quibus haec uita non ducitur, sic ad
salutem aeternam nihil prosunt impio
aliqua bona opera, sine quibus
difficillime uita cuiuslibet pessimi
hominis inuenitur.

Prosper Aquitanus, *Liber sententiarum*,
46 (CCSL 68A, M. Gastaldo ed., p.268,
ll.1-4).